

www.e-rara.ch

[Biblia latina]

Ruppel, Berthold

[Basel], [um 1468]

Zentralbibliothek Solothurn

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-113874>

Aporalipis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

omnibus duris que locuti sunt contra deum peccatores impij. Non sunt murmuratores qui reiosi secundum desideria sua ambulantes: et os eorum loquitur superbiam: mirantes personas questus causa. Vos autem carissimi memores estote verborum quae praedicta sunt ab apostolis domini nostri ihesu christi: qui dicebant vobis quoniam in novissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Non sunt qui segregant semetipsos: animales: spiritum non habentes. Vos autem carissimi superedificantes vosmetipsos sanctissime nostre fidei: in spiritu sancto orantes: ipsos vos in dilectione dei servate: expectantes misericordiam domini nostri ihesu christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudicatos: illos vero salvate de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore: odientes et eam que carnalis est maculatam tunicam. Et autem qui potens est vos conservare sine peccato: et constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in exultatione: soli deo salvatori nostro: per ihesum christum dominum nostrum gloria magnificencia imperium et potestas ante omne seculum: et nunc et in omnia secula seculorum amen.

Incapit. prologus apocalypsis.

Iohannes apostolus et evangelista a christo electus atque dilectus: in tanto amore dilectionis vberior habitus est: ut in cena super pectus eius recuberet et ad crucem adjacenti soli matrem propriam commendasset: ut quem nubere volente ad amplexum virginis nitatis asciuerat: ipsi ad custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum propter verbum dei et testimonium ihesu christi in pathmos insulam sortiret exilium: illic ab eodem apocalypsis preostensa describitur: ut sicut in principio canonis id est libri geneleos incorruptibile principium praenotatur: ita etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalypsi redderet dicentis. Ego sum alpha et omega: initium et finis. Hic est iohannes: qui sciens supervenisse sibi diem egressionis de corpore conuocatis in epheso discipulis descendit inde fossam sepulture sue locum: orationeque completa reddidit spiritum.

tam a dolore mortis factus extraneus: quia a corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamen scripture dispositio vel libri ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur: ut nescientibus inquirendi desiderium collocet: et querentibus laboris fructus: et deo magisterij doctrina servetur. **Explanat.**

Incapit. liber Apocalypsis beati iohannis apostoli.

Apocalypsis ihesu christi quam dedit illi deus palam facere suis suis quae oportet fieri cito: et significavit mittens per angelum suum servo suo iohanni qui testimonium perhibuit verbo dei: et testimonium ihesu christi quemcumque vidit. Beatus qui legit et qui audit verba prophetiae huius: et servat ea quae in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Iohannes septem ecclesijs quae sunt in asya. Gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est: et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt: et a ihesu christo qui est testis fidelis promogenitus mortuorum et princeps regum terre: qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo et fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo: ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. Ecce venit cum nubibus: et videbit eum omnis oculus: et qui eum pupugerunt. Et tunc plangent se super eum omnes tribus terre: etiam amen. Ego sum alpha et omega: principium et finis: dicit dominus deus qui est et erat et qui venturus est omnipotens. Ego iohannes frater vester et particeps in tribulatione et regno et patientia in christo ihesu: fui in insula quae appellatur pathmos propter verbum dei et testimonium ihesu. Fui in spiritu in dominica die: et audiui post me vocem magnam tanquam tubae dicentis. Quod vides scribe in libro: et mitte septem ecclesijs epheso et smirne et pegamo et thiatire et sardis et philadelphie et laodice. Et conversus sum: ut viderem vocem que loquebatur mecum. Et conversus vidi septem candelabra aurea: et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis

vestitum podere: et precinctum a d. ma-
millas zona aurea. Caput autem eius et
capilli erant cādidi tanquam lana alba:
et tanquam nix. Et oculi eius tanquā flā-
ma ignis: et pedes ei? similes auricalco
sicut in camino ardenti. Et vox illius tā-
quam vox aquarum multarum: et habebat
in dextera sua stellas septem. Et de
ore eius gladius vtrāq; parte acut? ex-
ibat: et facies eius sicut sol lucet in virtu-
te sua. Et cum vidissem eum: cecidi ad pe-
des ei? tanquam mortu? . Et posuit dex-
teram suam super me dicens: noli timere.
Ego sum primus et nouissimus et viuus:
et fui mortuus et ecce sū viuens in secula
seculorū: et habeo clauēs mortis et inferni.
Scribe ergo que vidisti et que sunt: et q̄
oportet fieri post hec. Sacramentū sep-
tem stellarū quas vidisti in dextera mea
et septem candelabra aurea: septem stel-
le angeli sunt septem ecclesiarū: et cande-
labra septem: septē ecclesie sūt. **C. 2.**

Et āgelo ep̄lxi ecclesie scribe. Hec
dicit qui tenet septem stellas in
dextera sua: q̄ ambulat in medio
septem candelabrorū aureorū. Scio ope-
ra tua et laborem et pacienciā tuam: et q̄
non potes sustinere malos. Et temptasti
eos q̄ se dicunt apostolos esse et nō sūt:
et inuenisti eos mendaces. Et pacienciā
habes: et sustinuisti ppter nomen meum:
et nō defecisti. Sed habeo aduersus te
pauca: q̄ caritatem tuā primā reliquisti.
Memor esto itaq; vnde exiisti: et age
penitentiā: et prima opera fac. Sim au-
tem: venio tibi et mouebo candelabrū tu-
um de loco suo: nisi penitentiā egeris.
Sed hoc habes quia odisti facta nicho-
laitarū: que et ego odi. Qui habet aurē
audiat: qđ spiritus dicat ecclesijs. Vin-
centi dabo edere de ligno vite: quod est
in paradiso dei mei. Et angelo smirne ec-
clesie scribe. Hec dicit p̄m? et nouissim?:
qui fuit mortuus et viuit. Scio tribula-
tionem tuam et paupertatē tuam: sed di-
ues es et blasphemaris ab hīs qui se di-
cunt iudeos esse et non sunt: sed sunt syna-

goga sathane. Nichil horum timeas que
passur? es. Ecce missurus est dyabol? ex
vobis in carcerem vt temptemini: et ha-
bebitis tribulacōnem diebus decem. Esto
fidelis vsq; ad mortem: et dabo coronam
vite. Qui habet aurem audiat: quid spiri-
tus dicat ecclesijs. Qui vicerit: non lede-
tur a morte secunda. Et angelo p̄gami
ecclesie scribe. Hec dicit qui habet rūphe-
am vtrāq; p̄te acutam. Scio vbi habi-
tas vbi sedes est sathane: et tenes nomē
meum et non negasti fidem meam. Et in
diebus illis antiphas testis me? fidelis
q̄ occisus est apud vobis: vbi sathanas ha-
bitat. Sed habeo aduersus te pauca: q̄
habes illic tenentes doctrinā balaam qui
docebat balac mittere scandalū coram fi-
lijs israel edere et fornicari: ita habes et
tu tenentes doctrinā nicholaitarū. Simi-
liter penitentiā age: si quo minus. Veni-
am tibi cito et pugnabo cum illis in gla-
dio oris mei. Qui habet aurē audiat: qđ
spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo ti-
bi manna absconditū: et dabo illi calculū
candidū et in calculo nomen nouum scri-
ptum: qđ nemo scit nisi qui accipit. Et an-
gelo thiatire ecclesie scribe. Hec dicit fili-
us dei: qui habet oculos tanq; flāma ignis:
et pedes ei? simul auricalco. Noui o-
pera tua et fidem et caritatem tuā et mi-
sericordiam et pacienciā tuā: et opera tua
nouissima plura prioribz. Sed habeo ad-
uersus te pauca quia p̄mittis mulierem
ilxzabel que se dicit p̄pheten docere et se-
ducere seruos meos: fornicari et manduca-
re de p̄dolotitis. Et dedi illi temp? vt pe-
nitentiā ageret: et non vult penitere a
fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in
lectum: et qui mechant? cum ea in tribu-
lacione maxima erunt: nisi penitentiā ab
operibus suis egerint: et filios eius infici-
ciam in mortem: et scient omnes eccle-
sie quia ego sum scrutans renes et corda:
et dabo vnicuiq; v̄m secundū opera v̄ra.
Vobis autem dico et ceteris quia thiatir-
e estis: quicunq; non habent doctrinam
hanc et qui non cognouerūt altitudinem

sat hanc quemadmodum dicunt: non mittam
super vos aliud pondus: tamen id quod
habetis tenete donec veniam. Et qui vi-
ceat et custodiat usque in finem opera mea:
dabo illi potestatem super gentes et reges
eas in viga ferrea et tanquam vas figuli con-
fringentur sic et ego accepi a patre meo:
et dabo illi stellam matutina. Qui habet
aurem audiat: quod spiritus dicat ecclesijs.

Et angelo ecclesie sardis. **S**cribe. Hec dicit qui habet septem
spiritus dei: et septem stellas. Scio
opera tua: quia nomen habes quod viuas: et
mortuus es. Esto vigilans: et confirma
cetera que moritura erant. Non enim inue-
nio opera tua plena coram deo meo. In-
mente ergo habere qualiter accipis et au-
dieris et serua: et penitentiam age. Si ergo
non vigilaueris veniam ad te tanquam fur:
et nescies qua hora veniam ad te. Sed ha-
bes pauca nomina in sardis qui non inui-
nauerunt vestimenta sua: et ambulabunt
mecum in albis quia digni sunt. Qui vice-
rit sic vestietur vestimentis albis: et non
delebo nomen eius de libro vite: et confi-
tebor nomen eius coram patre meo et co-
ram angelis eius. Qui habet aurem audiat:
quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo
philadelphie ecclesie scribe. Hec dicit san-
ctus et verus qui habet clauem dauid:
qui aperit et nemo claudit: claudit et ne-
mo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi co-
ram te ostium apertum quod nemo potest
claudere: quia modicam habes virtutem
et seruasti verbum meum: et non negasti
nomen meum. Ecce dabo de synagoga sa-
thane qui dicunt se iudeos esse et non sunt:
sed mentiuntur. Ecce faciam illos ut veni-
ant et odorant ante pedes tuos: et scient
quia ego dilexi te. Quoniam seruasti verbum
patientie mee: et ego seruabo te ab hora
temptationis que ventura est in orbem
vniuersum temptare habitantes in terra.
Ecce venio cito. Tene quod habes: ut ne-
mo accipiat coronam tuam. Qui vicerit fa-
ciam illum columnam in templo dei mei: et
foras non egredietur amplius. Et scriba

super eum nomen dei mei et nomen ciuita-
tis dei mei noue iherusalem que descendit
de celo a deo meo: et nomen meum nouum.
Qui habet aurem audiat: quid spiritus
dicat ecclesijs. Et angelo laodice ecclesie
scribe. Hec dicit amen testis fidelis et ve-
rus: qui est principium creature dei. Scio
opera tua: quia neque frigidus es neque ca-
lidus. Utinam frigidus esses aut calidus.
Sed quia tepidus es et nec frigidus nec
calidus: incipiam te euomere ex ore meo:
quia dices quod diues sum et locupletatus
et nullus egeo: et nescis quia tu es miser
et miserabilis: et pauper et cecus et nudus.
Suadeo tibi emere a me aurum ignitum
probatum ut locuples fias: et vestimentis
albis induaris ut non appareat confusio
nuditatis tue: et collirio munge oculos
tuos ut videas. Ego quos amo: arguo
et castigo. Emulare ergo: et penitentiam
age. Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis
audierit vocem meam et aperuerit michi
ianuam intrabo ad illum: et cenabo cum illo:
et ipse mecum. Qui viceit dabo ei sedere me-
cum in throno meo: sicut et ego vici et sedi
cum patre meo in throno eius. Qui habet
aurem audiat: quod spiritus dicat ecclesijs.

Post hec vidi: et ecce. **O**stium apertum in celo: et vox pri-
ma quam audiui tanquam tube loquen-
tis mecum dices. Ascende huc: et ostenda
tibi que oportet fieri cito. Post hoc statim
fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in
celo: et supra sedem sedens. Et qui sede-
bat similis erat aspectui lapidis iaspidis
et sardinis et praeerat in circuitu sedis si-
milis visioni synagoge. Et in circuitu se-
dis sedilia vigintiquatuor: et supra thro-
nos vigintiquatuor seniores sedentes circum-
amicti vestimentis albis et in capitibus
eorum corone auree. Et de throno procedunt
fulgura et voces et tonitrua: et septem
lampades ardentes ante thronum qui sunt
septem spiritus dei. Et in conspectu se-
dis tanquam mare vitreum simile cristallo:
et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor
animalia plena oculis ante et retro. Et animal

primum simile leoni et secundum simile vitulo: et tertium animal habens faciem quasi hominis: et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas: et in circuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte dicentia sanctus sanctus sanctus? dominus deus omnipotens: qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum daret illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum: procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno et adorabant viventem in secula seculorum: et mittebant coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem: quia tu creasti omnia: et propter voluntatem tuam erant et creata sunt. **C 4**

Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus et foris: signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem et predicantem voce magna. Quis est dignus aperire librum et solvere signacula eius? Et nemo poterat neque in celo neque in terra neque sub terra aperire librum: neque respicere illum. Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum: nec videre eum. Et unus de senioribus dixit michi. Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu iuda radix david aperire librum et solvere septem signacula eius. Et vidi: et ecce in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem et oculos septem: qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum: quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et fialas aureas plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum: et cantabant canticum novum dicentes. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius: quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo ex

omni tribu et lingua et populo et natione: et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabimus super terram. Et vidi: et audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum: et erat numerus eorum milia milium dicentium voce magna. Dignus es agnus qui occisus est accipere virtutem et divinitatem et sapientiam: et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem. Et omne creaturam que in celo est et super terram et sub terra: et que sunt in mari et que in eo: omnes audiui dicentes sedenti in throno et agno. Benedictio et honor et gloria et potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: et adoraverunt viventem in secula seculorum. **C 5**

Et vidi quod aperuisset agnus unum de septem sigillis: et audiui unum de quatuor animalibus dicens tanquam vox tonitruum Veni et vide. Et vidi: et ecce equus albus: et qui sedebat super illum habebat arcum: et data est ei corona: et exiit vincens ut vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum: audiui secundum animal dicens Veni et vide. Et exiit alius equus rufus: et qui sedebat super illum datum est ei ut sumeret pacem de terra: et ut inuicem se interficerent: et datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium: audiui tertium animal dicens Veni et vide. Et ecce equus niger: et qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentium. Bilibris tritici denario uno: et tres bilibres ordei denario uno: et vinum et oleum ne leseris. Et cum aperuisset sigillum quartum audiui vocem quarti animalis dicentis Veni et vide. Et ecce equus pallidus: et qui sedebat super eum nomen illi mors: et infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor partes terre: interficere gladio fame et morte et bestiis terre. Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei: et propter

testimoniū quod habebant. Et clamabāt
voce magna dicentes. **V**squo dñe san-
ctus et verus non iudicas et non vindi-
cas sanguinem nostrum de hīs qui ha-
bitant in terrae. Et date sunt illis singule
stole albe: et dictū est illis vt quiescerēt
adhuc tempus modicū: donec impleantur
conserui eorum et fratres eorum qui in-
ficiendi sunt sicut et illi. Et vidi cum ape-
ruisset sigillū sextum: et ecce terre motus
magnus factus est. Et sol factus est ni-
ger tanq̃ saccus cilicinus: et luna tota fa-
cta est sicut sanguis: et stelle de celo ceci-
derūt sup̃ terram sicut ficus emittit gros-
sos suos cum a vento magno mouet. Et
celum recessit sicut liber inuolutus: et om-
nis mons et insule de locis suis mote sūt
Et reges terre et principes et tribuni et
diuites et fortes et omnis seruus et liber
absconderunt se in speluncis et in petri-
montium: et dicunt montibz et petris ca-
bite super nos: et abscondite nos a facie
sedentis super thronum et ab ira agni:
quoniam venit dies magnus ire ipsorum
Et quis poterit stare. **C** **A**

Post hec vidi quatuor āgelos stā-
tes sup̃ quatuor angulos terre:
tenentes q̃tuor ventus terre ne
flarent super terram: neq̃ super mare ne-
q̃ in vllam arbozem. Et vidi alterum an-
gelum ascendentem ab ortu solis haben-
tem signū dei viui: et clamauit voce ma-
gna: quatuor angelis quibus datum est
nocere terre et mari dicens. Nolite nocē
terre et mari neq̃ arboribus: quoadusq̃
signemus seruos dei nostri in frontibus
eorum. Et audiui numerum signatorum:
centū quadragintaq̃tuor milia signati ex
omni tribu filiorū israel. Ex tribu iuda:
duodecim milia signati. Ex tribu ruben:
duodecim milia signati. Ex tribu gad:
duodecim milia signati. Ex tribu aser:
duodecim milia signati. Ex tribu neptalim:
duodecim milia signati. Ex tribu manasse:
duodecim milia signati. Ex tribu symeon:
duodecim milia signati. Ex tribu leui:
duodecim milia signati. Ex tribu ysachar:
duodecim milia signati.

Ex tribu zabulon: duo-
decim milia signati. Ex tribu ioseph:
duodecim milia signati. Ex tribu beniamin:
duodecim milia signati. Post hec vidi tur-
bam magnam quā dinumerare nemo po-
terat ex omnibz gentibus et tribubus et
populis et linguis: stantes ante thronū
et in cōspectu agni amicti stolis albis:
et palme in manibz eorum. Et clamabant
voce magna dicētes. Salus deo nostro:
qui sedet super thronum et agno. Et om-
nes angeli stabant i circuitu throni et se-
niorum et quatuor animalium: et cecide-
runt in cōspectu throni in facies suas: et
adorauerunt eum dicentes amen. Bene-
dictio et claritas et sapientia et gratiaz
actio: honor et virtus et fortitudo deo no-
stro: in secula seculorum amen. Et respō-
dit vnus de senioribz: et dixit michi. Vñ
qui amicti sūt stolis albis qui sūt et vnde
venerunt. Et dixi illi. Domine mi tu scis
Et dixit michi. Vñ sūt qui venerunt de
tribulatione magna: et lauerūt stolas su-
as: et dealbauerūt eas in sanguine agni
Ideo sūt ante thronū dei: et seruient ei
die ac nocte in templo eius: et q̃ sedet in
throno habitabit super illos. Non esuri-
ent neq̃ sicient amplius: neq̃ cadet sup̃
illos sol neq̃ vllus estus: quoniā agnus
qui in medio throni est reget illos: et ab-
ducet illos ad vite fontes aquarū: et ab-
sterget de omni lacrimā ab oculis eoz.

Et cum aperuisset sigil-
lum septimū: factum est silenciū
in celo quasi media hora. Et vidi
septem angelos stantes in cōspectu dei:
et date illis septem tube. Et alius angelus
venit et stetit ante altare habens thuri-
bulum aureum: et data sūt illi incensa mul-
ta: vt daret de oracionibz sanctorum om-
nium supra altare aureum quod est ante
thronum dei. Et ascendit fumus incensoz
de oracionibz sanctorum de manu āgeli:
coram deo. Et accepit angelus thuribu-
lum aureum: et impleuit illud de igne al-
taris et misit in terram: et facta sūt toni-
trua et voces et fulgura et terre motus.

magnus: et septem angeli qui habebant septem tubas parauerunt se ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit. Et facta est grando et ignis mixta in sanguine: et missum est in terram. Et tertia pars terre combusta est: et tertia pars arborum concremata est: et omne fenum viride combustum est. Et secundus angelus tuba cecinit: et tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis: et mortua est tertia pars creature eorum que habebant animas in mari: et tertia pars nauium interiit. Et tertius angelus tuba cecinit: et cecidit de celo stella magna ardens tanquam facula. Et cecidit in tertia partem fluminum et in fontes aquarum: et nomen stelle dicitur absinthium. Et facta est tertia pars aquarum in absinthium: et multi hominum mortui sunt de aquis: quia amare facte sunt. Et quartus angelus cecinit: et percussa est tertia pars solis et tertia pars lune et tertia pars stellarum: ita ut obscuraretur tertia pars eorum: et dies non luceret pars tertia et nocte similis. Et vidi: et audiui vocem unius aquele volantis per medium celum: dicentis voce magna. *Ve. ve. ve.* habitantibus in terra de ceteris vocibus trium angelorum: qui erant tuba canituri. *C. 9.*

Et quintus angelus tuba cecinit: et vidi stellam de celo cecidisse in terram: et data est ei clavis putei abissi. Et aperuit puteum abissi: et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magne: et obscuratus est sol et aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustae in terram: et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terre. Et preceptum est illis ne lederent fenum terre neque omne viride neque omnem arborem: nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis. Et dictum est eis ne occiderent eos: sed ut cruciarentur mensibus quinque. Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpionum: cum percutit hominem. Et in diebus illis querent homines mortem et non inuenient eam: et desiderabunt mori: et fugiet

mors ab eis. Et similitudines locustarum similes equis paratis ad prelium: et super capita earum tanquam corone similes auro: et facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: et dentes earum sicut dentes leonum erant. Et habebant loricas sicut loricas ferreas: et vox alarum illarum sicut vox coruum equorum multorum curren- cum in bellum. Et habebant caudas similes scorpionum: et aculei erant in caudis earum: et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. Et habebant super se regem angelum abissi cui nomen hebraice labaddon. *Ve unum abijt: et ecce veniunt adhuc duo et post hec.* Et sextus angelus tuba cecinit: et audiui vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei: dicentem sexto angelo qui habebat tubam. Solue quatuor angelos qui allegati sunt in flumine magno eufraten. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in horam et diem et mensem et annum: ut occiderent et tertiā partem hominum. Et numerus equestris exercitus. *vicies milies dena milia:* et audiui numerum eorum: et ita vidi equos in visione. Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas et iacinctinas et sulphureas: et capita equorum erant tanquam capita leonum: et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum: de igne et de fumo et sulphore que predebant ex ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est: et in caudis eorum. Nam cauda eorum similes serpentibus habentes capita: et in his nocet. Et ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum ut non adorarent demonia et simulacra aurea et argentea et creta et lapidea et lignea que neque videre possunt neque audire neque ambulare: et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis neque a veneficiis suis neque a fornicatione sua: neque a furtis suis. *C. 10.*

Et vidi alium angelum fortem de-
scendentem de celo amictum nu-
be: et pris in capite eius. Et faci-
es eius erat vt sol: et pedes ei? tanq? co-
lumna ignis. Et habebat in manu sua li-
bellum apertu: et posuit pedem suu dex-
terum supra mare. sinistrum autem super
terram: et clamauit voce magna quemad-
modum cum leo rugit. Et cum clamass?:
locuta sunt septem tonitrua voces suas.
Et cum locuta fuissent septem tonitrua
voces suas: et ego scriptur? eram. Et au-
diui vocem de celo dicentem michi. **Sig-**
na que locuta sūt septem tonitrua: et no-
li ea scribere. Et angelus quem vidi stan-
tem supra mare et sup? terram leuauit ma-
num suam ad celum et iurauit per viuētem
in secula seculorum q? creauit celum et ea
que in eo sunt et terram et ea que in ea sūt
et mare et ea que in eo sunt: quia temp?
non erit ampli?: sed in diebus vocis sep-
timi angeli cum ceperit tuba canere: con-
summabit? misterium dei sicut euangeliza-
uit p? seruos suos pphetas. Et audiui vo-
cem de celo iterum loquentem mecum et
dicētem **Vade:** et accipe librum apertum
de manu angeli stantis supra mare et sup?
terram. Et ab? ad angelum dicens ei vt
daret michi librum: et dixit michi. **Acci-**
pe librum et deuora illum: et faciet ama-
ricari ventrem tuum: sed in ore tuo erit
dulce tanq? mel. Et accepi librū de manu
angeli et deuorauī illū: et erat in ore meo
tāq? mel dulce. Et cū deuorassē eū: ama-
ritatus est venter meus. Et dixit michi
Oportet te iterum pphetare gentibus et
pplis et linguis et regib? multis. **C. II.**

Et datus est michi calamus? similis
virge: et dictum est michi. **Sur-**
ge: et metire templum dei et alta-
res et adorātes in eo. **Atrium** vero quod
est foris templum eice foras et ne metia-
ris illud: quoniā datum est gentibus. Et
ciuitatem sanctā calcabūt mensib? qua-
dragintaduobus. Et dabo duobus testi-
bus meis: et pphetabūt diebus milledu-
cetissexaginta amicti saccis. **Non** sūt due

oliue et duo candelabra in conspectu do-
mini terre stantes. Et si q? voluerit eos
nocere: ignis exiet de ore eorum deuora-
bit inimicos eorū: et si quis voluerit eos
ledere sic oportet eum occidi. **Non** habēt
potestatem claudendi celum ne pluat di-
ebus pphetie illorum: et potestatem ha-
bent super aquas conuertendi eas in san-
guinem: et percutere terram omni plaga
quocienscūq? voluerint. Et cum finierint
testimonium suum bestia que ascendit de
abisso faciet aduersus eos bellum: et vin-
cet illos: et occidet eos. Et corpora eorū
iacebunt in plateis ciuitatis magne que
vocatur spiritualiter sōdōma et egipt?:
vbi et dominus eorum crucifixus est. Et
videbūt de tribub? et de populis et ling-
uis et gentibus corpora eorum per tres
dies et dimidium: et corpora eorum non
sinent poni in monumentis. Et inhabitā-
tes terram gaudebunt super illos et io-
cundabunt? et munera mittent inuicem:
quoniam hī duo pphete cruciauerūt eos
qui inhabitabant super terram. Et post
dies tres et dimidium spirit? vite a deo
intrabit in eos. Et steterūt super pedes
suos: et timor magnus cecidit super eos
qui viderūt eos. Et audierūt vocem ma-
gnā de celo: dicentem eis. **Ascendite** huc
Et ascenderunt in celum in nube: et vide-
runt illos inimici eorū. Et in illa hora fa-
ctus est terremotus magnus: et decima
pars ciuitatis cecidit. Et occisi sūt in ter-
remotu nomina hominū septem milia: et
reliqui in timorem sunt missi: et dederūt
gloriam deo celi. **Ve** secundum ab? et
ecce v? tertium veniet cito. Et septim?
angelus tuba cecinit: et facte sunt voces
magne in celo dicentes. **Factum** est reg-
num huius mundi domini nostri et cristi
eius: et regnabūt in secula seculorū amen.
Et vigintiquatuor seniores qui in aspec-
tu dei sedent in sedibus suis: ceciderunt
in facies suas: et adorauerūt deum dicen-
tes. **Gracias** agim? tibi domine deus no-
ster omnipotens: qui es et qui eras et q?
uentur? es: quia accepisti virtutē tuam

magnā et regnasti. Et irate sunt gentes :
et aduenit ira tua. et tempus mortuorum
iudicari. et reddere mercedem suis tuis
proletis et sanctis et timētibz nomen tu-
um pusillis et magnis : et exterminandi es
eos qui corruerunt terram. **C. 12.**

Et apertum est templum dei in ce-
lo : et visa est archa testamēti ei-
us in templo eius. Et facta sunt
fulgura et voces : et tremotus et grā-
do magna. Et signum magnū apparuit i
celo. Mulierē amicta sole : et luna sibi pedi-
bus eius : et in capite ei corona stellarū
duodecim. Et in utero habens et clama-
bat parturiens : et cruciatur ut pareat.
Et visum est aliud signum in celo. Et ec-
ce draco magnus rufus habēs capita sep-
tem et cornua decem : et in capitibz eius
septem dyademata : et cauda eius traxe-
bat terciam partem stellarum celi et misit
eas in terram. Et draco stetit ante mulie-
rem que erat paritura : ut cum peperisset
filium eius deuoraret. Et peperit filium
masculum : qui recturus erat omnes gen-
tes in virga ferrea. Et raptus est filius
eius ad deum et ad thronum eius : et mu-
lier fugit in solitudinem ubi habebat lo-
cum paratum a deo : ut ibi pascat eam di-
ebus mille ducentis sexaginta. Et factum
est plium magnum in celo. Michael et
angeli eius preliabantur cum dracone : et
draco pugnabat et angeli eius et non va-
luerunt : neqz locus inuentus est ampli-
eorum in celo. Et prociectus est draco ille
magnus. serpens antiquus. qui vocabat-
ur dyabolus et sathanas qui seducit vni-
uersum orbem : et prociectus est in terram :
et angeli eius cum illo missi sunt. Et audi-
ui vocem magnam in celo dicentē. Nunc
facta est salus et virtus et regnū dei no-
stri et potestas cristi eius : quia prociectus
est accusator fratrum nostrorum : qui ac-
cusabat illos ante conspectum dei nostri
die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum ppter
sanguinem agni et ppter vbum testimo-
nii sui : et non dilexerunt animas suas vs-
qz ad mortem. Propterea letamini celi :

et qui habitatis in eis. Ne terre et mari :
quia descendit dyabolus ad vos habens
iram magnā : sciens qz modicum tempus
habet. Et postqz vidit draco qz prociectus
esset in terram : persecutus est mulierē que
peperit masculū. Et date sunt mulieri ale-
due aquile magne : ut volaret in desertū
in locum suum : ubi alitur per tempus et
tempora et dimidiū temporis a facie ser-
pentis. Et misit spens ex ore suo post mu-
liherem aquam tanqz flumen : ut eam face-
ret trahi a flumine. Et audiuit terra mu-
liherem : et aperuit terra os suum et absor-
buit flumen : quod misit draco de ore suo.
Et iratus est draco in mulierem : et abiit
facere plium cum reliquis de semine eius
qui custodiūt mandata dei : et habent te-
stimonium ihesu cristi. Et stetit super a-
renam maris. **C. 13.**

Et vidi de mari bestiam ascendentē
habentem capita septem et cor-
nua decem : et super cornua eius
decem dyademata : et super capita ei no-
mina blasphemias. Et bestia quā vidi simi-
lis erat pardo : et pedes eius sicut pedes
ursi : et os eius sicut os leonis. Et dedit
illi draco virtutē suam et potestatem ma-
gnam. Et vidi vnum de capitibus suis
quasi occisum in mortē : et plaga mortis
eius curata est. Et ammirata est vniuersa
terra post bestiam. Et adorauerunt dra-
conem qui dedit potestatem bestie : et ad-
orauerunt bestiam dicentes. Quis similis
bestie : et quis poterit pugnare cum illa.
Et datum est ei os loquens magna et bla-
sphemiam : et data est ei potestas facere
mēses quadraginta duos. Et aperuit os
suum in blasphemias ad deum blasphema-
re nomen ei et tabernaculū eius : et eos
qui in celo habitant. Et datum est illi bel-
lum facere cū sanctis : et vincere eos. Et
data est illi potestas in omnem tribum et
populum et linguā et gentē : et adorauerunt eū
omnes qui inhabitabāt terram : quorum
nō sūt scripta nomia in libro vite agni q
occisus est ab origine mudi. Si qslba
bet aurem audiat. Qui in captiuitatem

duceit in captiuitate vadet: qui in gla:
dio occiderit: oportet eum gladio occidi
Hic est paciencia: et fides sanctorum. Et
vidi aliam bestiam ascendentem de terra:
et habebat cornua duo similia agni: et lo:
quebatur sicut draco. Et potestatem pri:
oris bestie omnem faciebat in conspectu
eius: et fecit terram et habitantes in ea
adorare bestiam primam: cuius curata est
plaga mortis. Et fecit signa magna: ut
etiam ignem faceret de celo descendere in
terram in conspectu hominum. Et seducit
habitantes in terra propter signa que data
sunt illi facere in conspectu bestie: dicentes
habitantibus in terra ut faciant ymagi:
nem bestie que habet plagam gladii et vixit
Et datum est illi ut daret spiritum yma:
gini bestie et ut loquatur ymago bestie:
et faciet ut quicumque non adorauerint yma:
ginem bestie occidantur. Et faciet om:
nes pusillos et magnos et diuites et pau:
peres et liberos et seruos habere caracte:
rem in manu dextera aut in frontibus suis:
et ne quis possit emere aut vendere nisi ha:
beat caracterem nominis bestie: aut nomen
aut numerum nominis eius. **H**ic sapien:
cia est. Qui habet intellectum: computet
numerum bestie. Numerus enim hominis
est: et numerus eius sexcentis sexaginta sex.
Et vidi: et ecce agnus. **E**t
stabat supra montem syon: et cum
eo centum quadragintaquatuor
milia habentes nomen eius et nomen pa:
tris eius scriptum in frontibus suis. Et
audiui vocem de celo tanquam vocem aqua:
rum multarum et tanquam vocem tonitruum ma:
ni: et vocem quam audiui sicut cytharizancium
et cantabant quasi canticum novum ante
sedem et ante quatuor animalia et senio:
res: et nemo poterat dicere canticum nisi
illa centumquadragintaquatuor milia qui
erant de terra. **H**ic sunt qui cum mu:
lieribus non sunt commixti: virgines enim
sunt. **H**ic secuntur agnum quocumque ierit
Hic empti sunt ex omnibus primicie deo
et agno: et in ore eorum non est inuentum

mendacium. **S**ine macula enim sunt ante
thronum dei. Et vidi alterum angelum
volantem per medium celum: habentem
euangelium eternum: ut euangelizaret se:
dentibus super terram et super omnem gen:
tem et tribum et linguam et populum:
dicens magna voce. **T**imete dominum et
date illi honorem: quia venit hora iudicii
eius et adorare eum qui fecit celum et ter:
ram mare et fontes aquarum. Et alius
angelus secutus est dicens. **C**ecidit ceci:
dit babilon illa magna: que a vino ire for:
nicationis sue potavit omnes gentes. Et
tercius angelus secutus est illos dicens
voce magna. **S**i quis adorauerit bestiam
et ymaginem eius et acceperit caracterem
in fronte sua aut in manu sua: hic bibet
de vino ire dei quod mixtum est mero in
calice ire ipsius. Et cruciabitur igne et sul:
phure in conspectu angelorum sanctorum:
et ante conspectum agni. Et fumus tor:
mentorum eorum ascendet in secula seculo:
rum. **N**ec habent requiem die ac nocte qui
adorauerunt bestiam et ymaginem eius:
et si quis acceperit caracterem nominis eius.
Hic sapientia sanctorum est: qui custodi:
unt mandata dei et fidem habent. Et audi:
ui vocem dicentem michi. **S**cribe. **B**ea:
ti mortui: qui in domino moriuntur. **A**mo:
do iam dicit spiritus: ut requiescant a la:
boribus suis. **O**pera enim illorum secuntur
illos. Et vidi: et ecce nubem candidam:
et supra nubem sedentem similem filio ho:
minis habentem in capite suo coronam au:
ream: et in manu sua falcem acutam. Et al:
ius angelus exiit de templo: clamans vo:
ce magna ad sedentem super nubem. **M**itte
falcem tuam et mete: quia venit hora ut
metatur: quoniam aruit messis terre. Et
misit qui sedebat super nubem falcem suam
in terram: et messuit in terram. Et alius
angelus exiit de templo quod est in celo:
habens et ipse falcem acutam. Et alius an:
gelus exiit de altari qui habebat potesta:
tem super ignem et aquam: et exclamavit
voce magna ad eum qui habebat falcem
acutam dicens. **M**itte falcem tuam accutam

et vindemia botros vinee terre: quoniam mature sunt vinee eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram: et vindemiavit vineam terre: et misit in lacum ire dei magni. Et calcavit eum locus extra civitatem: et exiit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. **C. 14.**

Et vidi aliud signum in celo magnum et mirabile: angelos septem habentes plagas septem novissimas: quoniam in illis consummata est ira dei. Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne et eos qui vicerunt bestiam et ymaginem eius et numerum nominis eius stantes supra mare vitreum: habentes cytharas dei et cantantes canticum moysi servi dei et canticum agni dicentes. Magna et mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iuste et vere sunt vię tue domine rex seculorum. Quis non timebit te domine: et magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hec vidi: et ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in celo. Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo: vestiti lapide mundo et candido: et circumstantes circa pectora zonis aureis. Et unum de quatuor animalibus dedit septem angelis septem fialas aureas: plenas iracundie dei viventis in secula seculorum. Et impletum est templum dei fumo a maiestate dei et de virtute eius: et nemo poterat introire in templum: donec consumarent septem plagas septem angelorum.

Et audiui vocem. **C. 15.** magnam de templo dicentem septem angelis. Ite et effundite septem fialas ire dei in terram. Et abiit primus angelus et effudit fialam suam in terram: et factum est vulnus seuum et pessimum in homines qui habebant caracterem bestie: et in eos qui adoraverunt bestiam et ymaginem eius. Et secundus angelus effudit fialam suam in mare: et factus est sanguis tanquam mortui: et omnis anima vi-

uens mortua est in mari. Et tercius effudit fialam suam super flumina et super fontes aquarum: et factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem. Iustus domine qui es et qui eras sanctus qui hoc iudicasti: quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt: et sanguinem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem. Etiam domine deus omnipotens: vera et iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit fialam suam in solem: et datum est illi estu affligere homines et igni. Et estuaverunt homines estu magno: et blasphemaverunt nomen dei habentes potestatem super has plagas: ne quod egerunt penitentiam ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit fialam suam super sedem bestie et factum est regnum eius tenebrosum. Et comanducaverunt linguas suas pro dolore: et blasphemaverunt deum celi pro doloribus et vulneribus suis: et non egerunt penitentiam ex operibus suis. Et sextus angelus effudit fialam suam in flumen illud magnum eufraten: et siccauit aquam eius ut preparetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis et de ore bestie et de ore pseudo prophetę exire spiritus tres in mundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa: et procedunt ad reges totius terre congregare illos in prelium ad diem magnum omnipotentis dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet: et videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum qui vocatur hebraice armageddon. Et septimus angelus effudit fialam suam in aerem: et exiit vox magna de templo a throno dicens. Factum est. Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua: et terremotus factus est magnus qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram: talis terremotus sic magnus. Et fracta est civitas magna in tres partes: et civitates gentium ceciderunt. Et babilon magna venit in memoriam ante deum: dare

illi calicem vini indignationis ire ei? Et omnis insula fugit: et montes non sunt inuenti. Et grande magna sicut talitum descendit de celo in homines: et blasphema uerunt homines deum propter plagam gratia dimis: quoniam magna facta est vehementer.

Et venit unus de septem. **C. 17.** Angelis qui habebant septem fialas: et locutus est mecum dicens Veni et ostendam tibi damnationem meretricis magne que sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre: et inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis ei? Et abstulit in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie: habentem capita septem et cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura et coccino et inaurata auro et lapide precioso et margaritis: habebat poculum aureum in manu sua plenum abominacione et immundicia fornicacionis ei? Et in fronte eius nomen scriptum babilon magna: mater fornicacionum et abominacionum terre. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum: et de sanguine martirum ihesu. Et miratus sum cum viderem illam amiracione magna. Et dixit michi angelus. Quare miraris: ego dicam tibi sacramentum miseris et bestie que portat eam: que habet capita septem et cornua decem. Bestia quam vidisti fuit et non est: et ascensura est de abisso et in interitum ibit: et mirabuntur inhabitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi videntes bestiam que erat et non est. Et hic est sensus: qui habet sapientiam Septem capita septem montes sunt super quos mulier sedet: et septem reges. Quinque ceciderunt: unus est: et alius nondum venit. Et cum venerit: oportet illum breue tempus manere. Et bestia que erat et non est ipsa octava est: et de septem est. Et in interitum vadit. Et decem cornua que vidisti decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt: sed potestate tanquam reges una hora accipiet post

bestiam. Hi unum consilium habent: et virtutem et potestatem suam bestie tradent. Hi cum agno pugnabunt: et agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum est: et rex regum: et qui cum illo sunt vocati et electi et fideles. Et dixit michi. Aquas quas vidisti ubi meretrix sedet populi sunt et gentes et lingue: et decem cornua que vidisti in bestia hi odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam: et carnes ei manducabunt et ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod placitum est illi: ut dent regnum suum bestie donec consummentur verba dei. Et mulier quam vidisti est ciuitas magna: que habet regnum super reges terre.

Et post hec vidi alium. **C. 18.** Angelum descendente de celo habentem potestatem magnam: et terra illuminata est a gloria eius. Et clamauit in fortitudine dicens. Cecidit cecidit babilon magna: et facta est habitacio demoniorum: et custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis volucris immunde et odibilis: quia de vino ire fornicacionis eius biberunt omnes gentes. Et reges terre cum illa fornicati sunt: et mercatores terre de virtute deliciarum ei? diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de celo dicentem. Exite de illa populus meus et ne participes sitis delictorum ei? et de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius usque ad celum: et recordatus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicata secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis miscere illi duplum. Quantum glorificauit se et in deliciis fuit: tantum date illi tormentum et luctum: quia in corde suo dicit. Sedeo regina: et vidua non sum: et luctum non videbo. Ideo in una die venient plage ei? mors et luctus et fames: et igni comburetur: quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt cum viderint

fumum incendiū ei⁹ : longe stātes ppter
timorē tormentorū ei⁹ dicētes. **V**e. ve. ci-
uitas illa magna babilon : et ciuitas illa
fortis : quoniam vna hora venit iudiciū
tuum. **E**t negociatores terre flebunt su-
per illam et lugebunt : quoniam merces
eorum nemo emet amplius : merces auri
et argenti ⁊ lapidis preciosi et margari-
te et bissi et purpure ⁊ serici et coccini : ⁊
omne lignum thynum et omnia vasa ebo-
ris et omnia vasa de lapide p̄cioso et era-
mento ⁊ ferro ⁊ marmore : et cynamomū
et amomū et odoramentorū et vnguenti
et thuris et vini ⁊ olei et simile et tritici
et iumentorū et ouium et equorū et re-
darum et mancipiorū et animarum homi-
num. **E**t poma tua desiderij anime tue di-
scesserunt a te : et omnia pingua et p̄cla-
ra perierunt a te : ⁊ ampli⁹ illa iā nō inue-
nient mercatores hominum. **Q**ui diuites
facti sūt ab ea longe stabūt ppter timo-
rem tormentorum eius flentes ac lugen-
tes ⁊ dicētes. **V**e. ve. ciuitas illa magna :
q̄ amicta erat bisso ⁊ purpura ⁊ cocco et
deaurata ē auro ⁊ lapide p̄cioso ⁊ māga-
ritas : quoniam vna hora destitute sūt tā-
te diuicie. **E**t omnis gubernator et omnes
qui in lacum nauigant et naute et qui in
mari operant⁹ : longe steterunt : et clama-
uerūt videntes locum incendiū eius dicē-
tes. **Q**ue similis ciuitati huic magnes. **E**t
miserunt puluerem sup capita sua : et cla-
mauerūt flentes et lugentes dicētes. **V**e.
ve. ciuitas illa magna : in qua diuites fa-
cti sūt omnes qui habebant naues in ma-
ri de precijs eius : quoniam vna hora de-
solata est. **E**xulta super eam celum et san-
cti apostoli ⁊ p̄phete : quoniam iudicauit
deus iudicium vestrum de illa. **E**t sustu-
lit vnus āgelus fortis lapidem quasi mo-
larem magnū : et misit ī mare dicēs. **H**oc
impetu mittetur babilon ciuitas illa ma-
gna : ⁊ vltra iam non inuenietur. **E**t vox
cytaredorū et mūsicorū et tibia canēcium
et tuba non audietur in te ampli⁹ : et om-
nis artifex omisq̄ ars non inueniet⁹ in te
ampli⁹ : et vox mole non audiet⁹ in te am-

plius. **E**t lux lucerne nō lucebit in te am-
plius : ⁊ vox spōsi et spōse nō audiet⁹ ad-
huc ī te : q̄a mercatores tui erāt p̄ncipes
terre : q̄a in veneficijs tuis errauerūt om-
nes gentes. **E**t in ea sanguis p̄phetarū ⁊
sanctorū inuent⁹ est : et oīm qui interfec-
ti sunt in terra. **C** 19

Post hec audiui q̄si vocem tubarū
multarū in celo dicentium alleluia
Laus et gloria et virtus deo nō
stro est. q̄a vera et iusta iudicia sūt ei⁹ :
q̄ iudicauit de meretrice magna. q̄ corru-
pit terram in p̄sultatione sua : et v̄ndica-
uit sanguinē seruz suorū de manib⁹ eius.
Et iterū dixerunt alleluia. **E**t fumus eius
ascendit ī secula seculorū. **E**t ceciderūt se-
niores viginti q̄tuor ⁊ q̄tuor aīalia et ad-
orauerūt deum sedentē sup thronū : dicē-
tes amen alleluia. **E**t vox de throno exi-
uit dicēs. **L**audem dicite deo n̄ro omnes
sancti ei⁹ : et q̄ timetis deū pusilli ⁊ mag-
ni. **E**t audiui q̄si vocē tube magne et sicut
vocē aquarū multarū ⁊ sic vocē tonitruorū
magnorū dicentū alleluia : qm̄ regnauit
dñs deus n̄r omnipotēs. **G**audeam⁹ et ex-
ultem⁹ et dem⁹ gloriā ei⁹ : q̄ venerūt nu-
p̄cie agni : et vxor ei⁹ p̄parauit se. **E**t da-
tum ē illi vt coopiat se bisso s̄plēdēs cā-
didum. **B**isso enī iustificacōnes sūt san-
ctorū. **E**t dixit michi. **S**cribe. **B**eati qui
ad cenam nup̄ciarū agni vocati sūt. **E**t di-
xit michi. **H**ec v̄ba dei vera sūt. **E**t cecidi
ad pedes ei⁹ : vt adorare eum. **E**t dixit
michi. **V**ide ne feceris. **C**ōseruus tuus sū :
⁊ frat̄z tuorū habēciū testimoniū ih̄u. **D**e-
um adora. **T**estimoniū enī ih̄u ē spūs p̄-
phetie. **E**t vidi celū aptū : ⁊ ecce equus al-
bus : ⁊ q̄ sedebat sup eū vocabat⁹ fidelis
et verax : et cū iusticia iudicat et pugnat.
Oculi autē eius sic flāma ignis : ⁊ ī capite
eius dyademata multa : habēs nomē scrip-
tū qd̄ nemo nouit nisi ip̄e. **E**t vestit⁹ ēat
veste aspersa sanguie : et vocabat⁹ nomē
ei⁹ v̄bū dei. **E**t exercit⁹ q̄ sūt in celo seq̄-
bant⁹ eū ī equis albis : vestiti bisso albo
et mūdo. **E**t de ore ei⁹ p̄cedebat gladi⁹
ex vtraq̄ parte acut⁹ : vt in ip̄o p̄cuiat

gentes. Et ipse reget eas i virga ferrea
et calcet torcular vini furoris ire dei om
nipotentis. Et habet in vestimēto et in fe
more suo scriptum: rex regum et dominus
dominancū. Et vidi vnum angelū stantē
in sole: et clamauit voce magna dicēs om
inbus auiō qui volant p mediū celi. Ve
nite et congregabimī ad cenam magnā:
vt manducetis carnes regum et carnes
tribunor et carnes fortium et carnes e
quorum et sedentium in ipsis. Et carnes
omniū liberorum et seruator et pusilloz et
magnoz. Et vidi bestiam et reges terre
et exercitus eoz congregatos ad facien
dum plium cum illo qui sedebat in equo:
et cum exercitu eius. Et apphensa est be
stia et cum ea pseudo pphete: et qui fecit
signa coram ipso quibus seduxit eos qui
acceperunt caractere bestie: et qui adora
uerunt ymaginē eius. Vni missi sunt hī
duo in stagnum ignis ardētis et sulphu
ris: et ceteri occisi sūt in gladio sedentis
super equum: qui pcedit de ore ipsius: et
omnes aues saturati sunt carnibus eoz.

Et vidi angelū descen: **20.**
descendentem de celo habentē clauem
abissi: et cathenā magnā in manu
sua. Et appbendit draconem serpentē an
tiquum qui est dyabolus et sathanas: et
ligauit eum p annos mille. Et misit eum
in abissum: et clausit et signauit sup illum
vt non seducat ampli? gentes: donec cō
summent mille anni. Et post hoc oportet
illū solui modico tēpore. Et vidi sedes: et
sederunt sup eas: et iudiciū datum est il
lis. Et animas decollatoz ppter testimo
nium ihesu et ppter verbū dei: et qui non
adorauerūt bestiam neq ymaginem eius
nec acceperunt caracterem eius in fron
tibus aut in manibus suis: et vixerunt et re
gnauerunt cum xpō mille annis. Ceteri
mortuorum non vixerunt donec consum
ment mille anni. Hec est resurrectio pri
ma. Beatus et sanctus: qui habet ptem
in resurrectione prima. In hīs secunda
mors non habet potestatem: sed erunt sa
cerdotes dei et cristi: et regnabunt cum

illo mille annis. Et cum consummati fuerit
mille anni soluet sathanas de carcere suo:
et eribit et seducet gentes que sūt super
quatuor angulos terre gog et magog:
et congregabit eos in plium: quorum nu
merus est sicut arena maris. Et ascende
runt super latitudinē terre: et circuerūt
castra sanctorū et ciuitatem dilectam.
Et descendit ignis a deo de celo et deuo
rabit eos: et dyabolus qui seducebat eos
missus est in stagnum ignis et sulphuris:
vbi et be stia et pseudo pphete cruciabun
tur die ac nocte in secula seculor. Et vi
di thronū magnū candidū et sedentem
super eum: a cuius aspectu fugit terra et
celum: et locus nō est inuent? ab eis. Et
vidi mortuos magnos et pusillos stātes
in conspectu throni: et libri aperti sunt:
et alius liber apertus est qui est vite. Et
iudicati sūt mōtūi ex hīs q scripta erāt
in libris: secundū opera ipsorum. Et de
dit mare mortuos suos q in eo erant: et
mors et infernus dederunt mortuos su
os qui in ipsis erant: et iudicatum est de
singulis secundū opera ipsorū. Et infer
nus et mors missi sunt in stagnum ignis.
Hec est mors secunda. Et qui non est in
uentus in libro vite scriptus: missus est:
in stagnum ignis. **21.**

Et vidi celum nouum: et terā no
uam. Primū enī celū et prima ter
ra abūt: et mare iam non est. Et
egō iohannes vidi sanctam ciuitatē ihe
rusalem nouam descendentem de celo: a
deo paratā: sicut sponsam ornatam viro
suo. Et audiui vocem magnam de thro
no dicentem. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi
populus eius erunt: et ipse deus cum eis:
erit eorum deus. Et absterget deus om
nem lacrimam ab oculis eoz: et mors vl
tra nō erit neq luctus neq clamor neq
dolor erit vltra: q prima abierunt. Et di
xit qui sedebat in throno. Ecce noua fa
cio omnia. Et dixit michi. Scribe: quia
hec verba fidelissima sūt et vera. Et dixit
michi. Factum est. Ego sum alpha et o:

initium et finis. Ego sitiienti dabo de fonte aque viue gratis. Qui vicerit possidebit hæc. Et ero illi deus: et ille erit michi filius. Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et ydolatriis et omnibus mendacibus: pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure: quod est mors secunda. Et venit vnus de septem angelis habentibus fialas plenas septem plagis nouissimis: et locutus est mecum dicens. Veni: et ostendam tibi sp̄sam vxorem agni. Et suscepit me in spiritu in montem magnum et altum: et ostendit michi ciuitatē sanctā iherusalem descendentē de celo: habentem claritatem dei. Et lumen eius simile lapidi precioso tanq̃ lapidi iaspidi: sicut cristallum. Et habebat murum magnum et altum habentem portas duodecim: et in portis angelos duodecim: et nomina inscripta que sunt nomina duodecim tribuum filiorū israel. Ab oriente porte tres: et ab aq̃lone porte tres: et ab austro porte tres: et ab occasu porte tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum et agni. Et qui loquebat̃ mecum habebat mēsuram arundineā aureā: vt metiret̃ ciuitatem et portas ei⁹ et murū. Et ciuitas in quadra posita est: et longitudo eius tanta est quanta et latitudo. Et mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim milia: et longitudo et altitudo et latitudo ei⁹ equalia sūt. Et mensus est murus ei⁹ centum quadragintaquatuor cubitorum: mensura hominis q̃ est angeli. Et erat structura muri ei⁹ ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas auro mundum: simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis om̃i lapide p̄cioso ornata. Et fundamentū primum iaspis: secundus saphirus: tercius calcedonius: quartus smaragdus: quintus sardonius: sextus sardius: septimus crisolitus: octauus berillus: nonus topazius: decimus crisoprasus: vndecimus iacinthus: duodecimus amethystus. Et duodecim porte: duodecim marga-

rite sūt p̄ singulas. Et singule porte erant ex singulis margaritis: et platea ciuitatis aurum mundum: tanq̃ vitrum persucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotēs templū illius est: et agnus. Et ciuitas non eget sole neq̃ luna: vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna eius est agnus. Et ambulabūt gentes in lumine eius: et reges terre afferent gloriā suā et honorem in illam. Et porte eius nō claudentur p̄ noctem. Nox enim nō erit illuc et afferent gloriā et honorem gentium in illam: nec intrabit in ea aliq̃d coinquinatum aut abominationē faciens et mendacium: nisi q̃ scripti sūt in libro vite agni.

Et ostendit michi fluiū. **22** Fluiū aque viue splendidum tanq̃ cristallum: procedentem de sede dei et agni. In medio platee ei⁹ et ex vtraq̃ parte fluminis lignū vite afferens fructus duodecim: per menses singulos reddens fructum suum: et folia ligni ad sanitatem gēcium. Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes dei et agni in illa erunt: et serui ei⁹ seruiēti illi. Et videbunt faciem eius: et nomen ei⁹ in frontibus eorum. Et vix vltra nō erit: et nō egebunt lumine lucerne neq̃ lumine solis quoniam domin⁹ deus illuminabit illos: et regnabunt in secula seculorū. Et dixit michi. Hæc verba fidelissima sūt et vera. Et domin⁹ deus sp̄rituū p̄phetarum misit angelum suum: ostendere seruis suis que oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba p̄phete: et libri huius. Et ego iohannes qui audiui et vidi hæc. Et postq̃ audissem et vissem cecidi vt adorarem ante pedes angeli qui michi hæc ostēdebat. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseru⁹ enim tuus sū et fratrum tuorum p̄phetarum: et eorum qui seruant verba p̄phete libri hui⁹. Deum adora. Et dixit michi. Ne signaueris verba p̄phete libri hui⁹. Tempus enim prope est. Qui nocet noceat adhuc: et q̃ in sordibus est sordescat adhuc. Et qui

iustus est iustificetur adhuc: et sanctus
sanctificetur adhuc. **E**cce venio cito: et
merces mea mecum est: reddere unicuique se-
cundum opera sua. **E**go sum alpha et omega: pri-
mus et novissimus: principium et finis. **B**e-
ati qui lauant stolas suas in sanguine ag-
ni: ut sit potestas eorum in ligno vite: et p-
portas intrent civitatem. **F**oris autem ca-
nes et venefici et impudici et homicide et
idololatrie: et omnis qui amat et facit
mendacium. **E**go ihesus misi angelum meum
testificari vobis haec in ecclesiis. **E**go sum ra-
dix et genus david: stella splendida et ma-
tutina. **E**t spiritus et sponsa dicunt veni
Et qui audit: dicat veni. **E**t qui sitit ve-
niet: et qui vult accipiat aquam vite gra-
tis. **C**ontestor enim omni audienti verba p-
phetiae libri huius. **S**i quis apposuerit ad
haec: apponet deus super illum plagas scrip-
tas in libro isto: et si quis diminuerit de
verbis libri prophetiae huius: auferet deus pa-
trem eius de libro vite et de civitate san-
cta: et de his quae scripta sunt in libro isto.
Dicit qui testimonium perhibet istorum. **E**cce
Venio cito amen. **V**eni domine ihesu. **G**ra-
tia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis amen.

